



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Foederis violatio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

FOEDIFRAGI PVNIVNTVR

Constat deum violatores fœderum gra-
uiter puniuisse semper, neque vnquam
relictos inultos qui fœderum religionē vio-
larunt seu fœdera ruperunt dei nomine abu-
santes.

Zedechias Rex fœdus percusserat cum Na-
buchodonosore Rege Babylonis. Visum fuit
ab eo resilire, & cōtra datam fidem agere, tum
quod Nabuchodonosor esset gentilis & idolo-
latra, tum quod multis annis populū Iudeo-
rum afflixisset, propter hanc perfidiam non
modo regni & oculorum amissione sed etiam
miseranda suorum clade & vrbs vastatione
punitus est.

Grauissime puniuit Deus propter violatam
fidē Saulem Regem, & vniuersum populū.
Gabaonitę pacti erant cum Iosue de vita, post
centum annos & amplius Saul Rex, non ob-
stāte hoc pacto, multos eorum interfecit. Sed
non impune. Nam vt scriptura loquitur, facta
est fames in diebus Dauid tribus annis iugiter.
Et cōsuluit Dauid oraculum domini, dixitq;
Dominus, propter Saul & domum eius sangui-
num, quia occidit Gabaonitas, &c.

Simeon & Leui filij Iacob cum Siche-
mīs pacti erant de contrahendis vltro citro-
que matrimonijs hac conditione, vt Siche-
mitę omnes circumciderentur. omnes cir-
cumcisi sunt. Quid vero illi? Contra pacta
con-

1.
Fidei datę
immemor
seipsum, &
regnū vna
cū vrbe
atque
templo
perdidit.
2. Par 36.
H. et. 27. 58

2.
Ios 9.
V. disput.
R. P. Mart.
Becani de
fide hebre-
cis seruan-
da.
2. Reg. 21.

3.

conuenta circumcisos occiderunt. quod & iu
textu? quod stuprum à Sichemitis patre cum
vlcisci vellent. Sed quia perfidia intere licit
merito à parente audierunt: Diuidam nis,
Iacob, & dispergam eos in Israel, &c. facer

Gen. 49.

4.
Plutar. in
Laconicis
Cic. 1. de
offic.

Cleomenes cum Argiuis septem die victo
pactus inducias, vbi obseruando depre max
disset illos tertia nocte somno indulgen nem
ducia induciarum, inopinatos adoriens, bend
interfecit, alios abduxit captiuos. Et cum pacta
probro daretur violatum iusiurandum, datâ f
bus pactus sum, inquit, noctes non sunt gnatu
tæ. Verum vltionem diuinam non effi conlt
nam vrbe (cuius gratia foedus violarat) amili
stratus (mulieres enim detractis è ten lis, &
deorum armis illum vltę sunt, quasi dijs re in
quos contempserat, pœnias de ipso sume vt Ch
bus) ac tandem in dementiam versus, ipse fidian
corpus incidens, mortem ridens orege men
cto sibi consciuit. tuas n

5.
Herodian.
lib. 3.

Inierat amicitiam cum imp. Seuerus præli
nini patre Abagarus Rex Christianus, q cadur
& datis obsidibus confirmarat, sed ruptum f
deris, antequam præterlaberetur annus, mura
toninus (qui regem in vincula conie org. S
eiusque regiam Rege destitutam ceper notis.
pœnas dedit, occisus à suis, an. Chr. 219. ra & r

6.
al. Ladisl.
Non finit
Deus diuis
mi sui nos

Vladislaus Poloniæ & Hungariæ R
magnis contra Turcarum imperatorem V
muratem potitus victorijs, cum è bello in
triam rediret inducias cum hoste pactus

& iuramento confirmavit: non multo post cum iterum ad bellum redintegrandum sollicitaretur à nonnullis principibus Christianis, cœpit perplexus esse quid potissimum faceret. Hinc incitabat illum gloria recentis victoriæ & multorum cohortatio, dicentium maximam jam recuperandæ Europæ occasionem ostentari, fœdæ genti non esse fidem habendam: illinc auocabant induciæ cum hoste pactæ. Vicit tandem altera pars igitur contra datâ fidem bello Amuratê inuadit, vtrinque pugnatur acriter, in progressu cum premi se & constringi videret Amurates, multis suorum amillis depromptis è sinu initi fœderis tabellis, & intentis in cœlum oculis magno clamore in hanc vocem erupit: Christe, si Deus es, vt Christiani tui de te perhibent, vindica perfidiam tuorum qui contra hæc pacta, per nomen tuum sanctè iurata bello me inuadunt, tuas measque iniurias vlciscere: mira res; alea prælij mox mutata, fœderis violati suasores cadunt, Vladislaus in medios Turcas impetum faciens equo excutitur, & capite iussu Amurathe truncatus perfidiæ pœnas dedit. Georg. Scheidius in suis ad Tarnouianam disput. notis. Pœnas fraudis vide in locis de impostura & mendacio.

EVRES PVNIVNTVR.

VValfridus Strabo in vita S. Galli: Pauperculus quidam ait, dum ad cellam viri
 I Dei

minis prophanationem impunitam.

Decennis sancitur pax, eaque iureiuratio nostris in Euangelio, illis in Alcorano firmatur.